

dicendo: « Prega « Dio, te la mandi « buona », e prendeva su la ricetta, fosse inutile o no, civa, che gli veniva tra le dita.

L'altro invece era un colono, il quale, sapendo il suo padrone esser vago di fichi novelli, coltivò con cura assai i fichi nell'orto, e, volendo gratificarlo il primo, fece maturare alcuni fichi artificialmente, sicché non avevano alcun sapore.

Colmò poi il canestro con fichi non ancora maturi, e con gran compiacenza lo portò dal padrone.

Questi però, vedendo i pochi fichi maturi, andò in collera, tanto che stava per castigarlo con severità;

ma poi, divertendosi,

si decise di punirlo solamente con i fichi maltrattati.

Ne mangiò quindi i molli, e i duri, li gittava ad uno ad uno in testa al colono.

Il quale, tutto sbigottito, se ne stava lì, mormorando: « Dio, ti lodo, perché non recai pe-
« sche »;

sacculo manum imponens: « pete », aiebat, « a Deo, ut bonum tibi « eveniat »⁽¹⁾, ac tunc quicquid digitis sors obtulerat, poscenti dabat. itaque crebro noxia et saluti eius, pro quo petebatur, adversa porrigebat, plurimum nichil attinentia, raro salubria.

Alter vero ignoti nominis colonus fuit, qui, audiens domino, a quo nuper agrum colendum acceperat, novellas ficus esse mirum in modum gratas, primum quidem ficulneas arbores, que plurime agro inerant, summa cum diligentia curavit; subinde vero, postquam fructuum accesserat tempus, ut cito maturescerent, omni cura omni-
que arte studebat, prevenire ceteros^(a) cupiens, quicunque simili
munere gratificare se apud dominum voluissent. quamobrem, impatiens more, dum nimis^(b) accelerat prematurare, minus paravit: confectum quidem, sed parum gratum. nam, non ut solum celebriore oblatione, sed etiam ut cumulatione canistro acceptior fieret, maturas submaturasque pariter collegit, atque ita detulit, ut magnum^(c) se fecisse arbitraretur, magnumque videri vellet quod fecerat. dominus vero, videns paucas^(d) vix maturas et plerasque vim maturatas, quo magis eo fructu delectabatur, eo vehementius exarsit in iram. ac primo quidem impetum habuit acrius in illum seviendi^(e); protinus tamen, ut erat prudens ac mitis, ire fervorem
rusticani hominis ruditatem temperavit, animique sui motum ad iocum traduxit, ita tamen ut ille non abiret impune. verum neque peccati penam esse voluit aut pene exactorem alium nisi poma, que iniuriam gravem passa fuerant. ipsa enim in se, auctorem iniurie, ultionem moderatam sumerent. itaque mollia comedens, dura in
rustici capillos^(f) iaculabatur, ut ii qui manu, funda, aut alio tormenti genere iactus lapidum meditantur^(g) ad metam. colonus vero, spe deiectus ac pre metu tacitus immotusque persistens, id unum^(h) submissa voce dicebat: « Laus Deo, quod persica non fuere que « detuli! » quorum tamen longe minus quam ficuum tempus ad-

(a) *BC* studebat preventre. ceterum (b) *B* dñu nimis (c) *B* detulit nihil magnum
(d) *B* vero inter paucas (e) *R* habuit... seviendi acrius (f) *Codd.* capillis ovvero capillis
(g) *Codd.* ut hi qui - meditantur (h) *R* ad unum

* (1) Poggio, che racconta l'aneddoto in poche righe - aggiungendovi però il particolare che al mattino si portavano le urine dal medicuzzo per chie-

dergli il rimedio - riferisce questa frase nel volgare, e precisamente con le parole da noi citate nel riassunto marginale.